

pilationes, & facit aliquantulum ad resolutionem A
pruntus, acetum facit ad penetrationem. Voluit
tamen Montanus, vt fieret semper fomentatio ex
malua, althæa, fursure, quæ abstergeret propè em
plastricitatem cerussæ ante inunctionem, & po
stea apponeretur illud linimentum.

CONSILIVM CCCI.

Regimen in Gonorrhœa.

VANTVM attinet ad victus rationem, B
cauebit à laboribus superfluis animi
& corporis, præsertim post cibum, ne
que scribet, neque ambulabit, neque
se exercebit eo tempore: & quantum fieri potest
abstinebit à vino potenti, & parcè vtatur tenui,
medij coloris, & mediocriter limphato. Non co
medat diuersos cibos, sed erit vnico contentus,
abstinebit à rebus salis, à lacticiiniis, & legumini
bus, & rebus vinctuosus & pinguibus, præsertim
butyro, & rebus frixis in sartagine: non bibat in
tra cœnam & prandium, & præcipuè post cœ
nam vtatur Venere parcè, & fugiat ea vti post
cibum: vel ad commodum vxoris. His ita consti
tutus, quantum attinet ad medicamenta, ita se
purgabit.

R. Florum calsiæ ʒ. s.

Fiat bolus cum zuccharo, semihora ante pran
dium sumatur.

R. Syrupi acetosi simpl. rosati ex infusione
iplarum ana ʒ. j.

Decoctionis infrascriptæ ʒ. iiij.

R. Florum vel siliquarum recentium fabæ
ʒ. iiij.

Florum endiuicæ m. ij.

Florum pisorum ʒ. ij.

Bulliat in tribus libris aquæ ad consumptio
nem tertie partis. Deinde facta expressione serue
tur decoctum pro sex syrupis.

R. Rhabarbari electi ʒ. ij.

Spicæ gr. vj.

Infundatur in aquam lactis per totam noctem,
vnde facta diligenti expressione colaturæ. Adde
colaturam.

R. Confectionis hamech ʒ. iiij.

Syrupi rosati solutiui ʒ. j.

Misce & fiat potus dandus in aurora cum cu
stodia.

R. Zucchari rosati lb. iiij.

Sumatur vncia semis ante cibum bis in die,
spacio vnus horæ.

R. Boli armeni orientalis ʒ. j.

Decoctionis infrascriptæ ʒ. vj.

R. Radicis consolidæ maioris ʒ. vj.

Baccarum myrti ʒ. iiij.

Menthæ siccæ ʒ. ij.

Siliquarum pinguium.

Bulliant omnia simul in aquæ cuscute libris
sex ad consumptionem tertie partis, reseruetur
in vase vitreo, vtatur semper in aurora calidè, lo
co & hora syrupi.

R. Gummi tragacanthi dissoluti in aqua ro
sati ʒ. iiij.

Albuminis ouorum ʒ. iiij.

Thuris inasculi ʒ. iiij.

Zucchari albi ad pondus omnium.

Misce, fiat confectio, de qua sumatur ʒ. s. singu
lis vicibus, mediatè ante prædictum syrupum.

R. Succi myrtillorum vel succi foliorum.

Myrti,

Plantaginis ana ʒ. ij.

Succi temperuiuæ ʒ. j.

Vnguenti sandalini ʒ. ij.

Cum modico ceræ albæ, reformetur linimen
tum pro renibus. Item comedat loco acetarij ger
mina menthæ vel sisimbrij cum lactucis. Itè post
duos aut tres syropos primos ante purgationem
mittatur sanguis à vena basilica dextri lateris, &
extrahatur quantum videbitur expedire.

CONSILIVM CCCII.

De impotentia virili pro domino Germano
Styrio, dictatum Verona, Anno 49.

Ro curatione affectus præter naturâ,
primò animus curandus est: nâ quod
maximè pertinet ad hoc corpus, ho
minemq; ad Venerem incitat, est ima
ginatio delectabilis voluptatis, & omniũ rerum
iucundarũ. Proinde si quis vel metus vel timor,
vel aliquid præterra quod ad Venerea pertinet, a
nimus occupauerit, vel debilitet vel nihil omni
no poterit. Est ergo plurimum sedandus animus
prudencia, & amicorũ cõuersatione iucunda, con
fertq; ad hoc habere in cubiculo imagines & pi
cturas rerum festiuarũ, vt hominum cũ pulchris
mulieribus blandè conuersantium, & se inuicem
attrectantium. Parato igitur animo & præparato
corpus ita curabit. Primò vtetur cibariis genera
tibus optimum sanguinem, vt sunt oua sorbilia,
carnes iuuenes pullorum, hædorum, perdicum,
phasianorum & similibus. Vtatur vino optimò
dulci, sed parcè. Nam vinum moderatè sumptum
calescit, si verò sumatur immoderatè, oppositũ
facit: refrigerat enim & totũ corpus stupidum &
paralyticũ reddit. Exerceat se manè exercitio ali
quo delectabili, sicut venando & equitãdo huius
modi. Exercitiũ tamen sit nõ laboriosum. Vtatur
frequenter ante & post cibum nucleis pinearum
pistaceorum siue cum zuccharo cõditis siue sine
zuccharo. Ex aromatibus vtatur præcipuè nuce
muschata, mace, calamo aromatico. Rapæ si fue
rint aromatibus & zuccharo cõditæ, & ad hoc o
pus etiam conferent, & radices dauci, & illæ quas
vulgò carotas vocant. Vtatur linimento ex oleo
benzoino, vtrinque circa pectinem, testes & spa
cium quod inter ipsos & anum est. Promptitudo
coniugis & prolectamenta multũ quoque ad
hanc rem facient. Quia putabat etiam redundare
humorem melancholicum, sequentia instituit:

R. Specierum hieræ ʒ. ij.

Florum calsiæ ʒ. j.

Cum zuccharo fiat bolus, sumat hora vna an
te prandium.

GR. Oxymellis squillitici,
Syrupi de cichoreo Nicoli ana ʒ. j.
Decoctionis boraginis in iure pulli iuue
nis ʒ. iiij.